



*W W*

Rubr. XVIII. Nro. 32. C.

**Gymnasial - Bibliothek**

zu Cöthen.

12

Annotationes plerumque criticæ  
in singula Auctorum Classicorum  
loca.

---

Sylloge I.

Ut Examen discipulorum indicaret suorum  
1795. 23. Mart. hora 9. antem.  
habendum

scripsit  
C. F. R. Vetterlein, Rector.

---

Cothenis  
impressit Schöndorf.

Auctoritates literariae & criticæ  
in tractatibus Augustini Cellerorum  
Idee

Lectiones:

1. Cicero. 2. Virgilius. 3. Cebes. 4. Homeri Odyssaea. 5. Ernesti Initia doctr. sol. 6. Geographia. 7. Grammatica Germanica c. Odis Klopstockianis.

Orationes habebunt:

1. G. Kummer. 2. A. Rindfleisch. 3. Fr. Rindfleisch. 4. C. Bramigk. 5. A. Behr. Et primus quidem & secundus a se ipsis elaboratas.
-

**C**um in legendis notæ optimæ libris im-  
primis Græcorum & Romanorum,  
versaremur, saepe usu venit, ut loca singula  
vel emendandi vel explicandi novam & meli-  
orem vulgari rationem perspexisse nobis vi-  
deremur: quam quidem ob rem neque ma-  
jorem acuminis vim, neque ampliorem li-  
terarum doctrinam nobis arrogamus; con-  
stat enim hæc res fere casu & fortuna, ita  
ut nonnunquam quasi aliud agens verum au-  
toris sensum invenias, qui aliorum labori-

\* 2

fam

osam fugerat industriam. Has observatio-  
nes qualescumque his mandare decrevimus  
literis: nam cum quotannis pauca quædam  
scribenda sint, eaque latine, sumsimus potis-  
simum talia quædam, quæ latino commode  
dici possint sermone, & quæ typis confi-  
gnata, tamquam monumentum nostri in stu-  
ftia humaniora amoris, amicis nostris aliis-  
que earundem rerum cultoribus possimus  
tradere. Sed cum brevitati sit inservien-  
dum, lectores semper ad auctores remitti-  
mus, rogamusque, ut ipsos scriptores evol-  
vant, connexumque rerum ibidem videant.

— In scriptorum *classicorum* numero im-  
primis hoc quidem loco habemus auctores  
Græcos Romanosque; non tamen solos, sed  
etiam Recentiorum & Germanorum & Anglo-  
rum nonnullos, emendari & explicari dig-  
nissimos.

---

*Ad Platonis Symposium, c. III.*

*ωσπερ το εν ταις κυλιξιν υδωρ, το δια της  
έριξ γέον εκ της πληγερερας εις την κενοτεραν*

Non intellexerunt hunc locum inter-  
pretes, mireque & emendando & conjectan-  
do eum tentarunt; quique optime explicasse  
sibi visi sunt, *lanam* illam pro *coto*, quo vi-  
num purgatur & percolatur, accipiunt, in  
quo tamen falluntur. Fuit enim colum cri-  
bri genus, non lana sed juncis, stramine vi-  
mineve similibusque rebus confeatum; de-  
inde sermo est non de vino sed de aqua;  
non de *cratere*, in quem vinum percolando  
infundebatur, sed de *poculis*, iisque duobus,  
non simul æqualiter impletis; denique non  
de aqua *infundenda*; sed *sua sponte* ex alio  
in aliud vas *influenda* loquitur Socrates. —  
Res potius sic erat expedienda. Apparet

nimi-

nimirum, Veteres, pro miro, quod habebant,  
 acumine, etiam illam naturæ vim, quam at-  
 tractionem vocamus, cognovisse, imprimis  
 vero attractionem fluidorum, quæ sagaciori-  
 bus in rerum natura ubivis occurrit. Quæ  
 naturalis corporum fluidorum vis *experimento*  
 colligi potest *hoc*. Si vasa duo, e. g. pocula,  
 juxta se ponuntur; quorum unum vel to-  
 tum vel aliqua ex parte aqua est impletum,  
 alterum autem vel plane vacuum est, vel mi-  
 nus aquæ habet priore; si que panniculus e  
 lana confectus, e. c. fascia lanea, s. fimbria  
 de paño laneo desumta, \*) leniter quidem  
 ante madefacta ita in utroque suspenditur,  
 ut extremis partibus aquam prioris & fun-  
 dum alterius poculi attingat: tum aqua e  
 poculo pleniore ascendit per eam fasciam,  
 superat oram utriusque poculi, & tamdiu  
 influit

\*) Tuchschrote.

influit in id, quod erat vacuum, donec in utroque ad æquilibritatem pervenit. Fila scilicet & flocci lanei, inter se contexti, instar sunt illorum tuborum capillarium\*) in quibus constat liquida sua sponte ascendere.

*Homeri Odyssæ I. XI. v. 381. 382.*

Loquitur hic apud Phœacas Ulysses, glotianturque, se multa adhuc miranda posse narrare, imprimis

Κηδε' εμῶν ἔταξων, οἱ δὲ μετοπισθεὶς  
ολοντο·

Οἱ τέων μεν ὑπεξεφυγον σονοεσσαν  
αὐτην,

Ἐν νοῖσα δ' απολοντο, κακῆς ιοτητιγυναικος,  
quod

\*) Haarröhrchen.

8

quod intelligi nequit. Mala quidem sociorum (*τα κῦδεα εἴταις*) quæ sint, satis bene noverunt, qui Odyssæ legerint libros sequentes; famæ nimurum eorum & interitus, quo naufragi pœnas luerunt, ob cæsas a se sacras Solis boves. Sed quomodo *ma-  
la consilio feminæ* perierint, nemo facile di-  
xerit. Cujusnam feminæ? Non *Helena*, ut  
volunt Scholia; qui enim illa infelicis sociorum Ulyssorum redditus causa esse potuit?  
Neque vero Clytemnestra; quæ penitus huc non pertinet; neque vel *Cassandra*, ab Ajace violatæ; nam hanc ob causam ceteris qui-  
dem Græcis Minerva fuit irata, Ulyssi non item;  
denique nec *Calypso* illa potuit esse fatalis semina; est enim dea; deæ vero nus-  
quam ab Homero dicuntur feminæ, *γυναι-  
κες*. Eadem de Circe, quæ & ipsa dea est,  
valent. Sed nulla omnino semina in causa  
fuit, cur focii sint deleti; illique versus a me  
<sup>DUP</sup>

citati

citati vel plane sunt obliterandi vel in ali-  
um reponendi locum, cujus magis conspi-  
rant sententiae, Atque hoc optimum factu  
est; sunt enim versus (382. & 383.) post  
versum 388 collocandi; hoc modo:

Ει δ' ετ' ακαθεμεναι γε λιλαιει, οη ανεγεργε  
τυτων σοι φεονεοιμι και οικτροτερ αλλ'  
αγορευσαι  
Κηδ' εμων 'εταιρων, 'οι δη μετοπισθεν ο-  
λοντο'

Αυτας επει ψυχας μεν απεσκεδασ' αλλυ-  
δις αλλη'

Αγνη Περσεφονεια γυναικων Θηλυτερασιν  
Ηλθε δ' επι ψυχη Αγαμεμνονος Ατρειδασ  
Αχυρωμενη περι δ' αλλαι αγηγερασ' οσσαι  
'αμ' αυτω

Οικω εν Αιγισθοιο θανου και ποτμου ε-

Οι Τεων μεν υπεξεφυγον σονοεσσαν αυτην,  
Εν νοσω δ' απολοντο, κακης ιστητι γυναικος\*

Nunc recte de *Glytemnestra* accipitur; ordi-  
neque sic constituto salvus est incomparabi-  
lis perspicuitatis Homericæ honos.

*εγνωτε τις προσειλθεισαν ειναιεντα τα την οι*

*λλω περιστασιν, η μεταφορα φυτον ωρα*

*νομον σεμνησαν, η μεταφορα φυτον ωρα*

*την επιδημητην η μεταφορα φυτον ωρα*

*νομον σεμνησαν, η μεταφορα φυτον ωρα*

3.

*Klopstockii carmina lyrice, p. 97.*

So liegt Miltos Gebein von Homers Ge-  
beinen gesondert,  
Und der Cypresse verweht  
Ihre Klage am Grabe des Einen und kommt  
nicht herüber  
Nach des andern Gruft.

Sie impressum est in omnibus Odarum  
Klopstockianarum editionibus; in Hambur-  
genfi

gensī venali apud Bohnium, quæ optima est; in Lipsiensi apud Gœschium; & in Crameri, qui pœtæ voluit esse interpres, collectione (Klopstock Er und über ihn P. I. p. 278.) De editionibus bibliopolarum furtivis non loquor, cum constet, esse eas vitiorum plena-  
nas. — Sed si locus sanus esset, intelligi non posset. Nam *Cypresse* generis est semi-  
nini, non masculini; apud Nostrum quidem semper, ut p. 110. Deinde *verwehen* non  
est verbum aëtivum sed neutrum, respon-  
detque latinis *evanescere*, *in auras abire*,  
(*zerfliegen, sich mit dem Winde zerstreuen.*)  
v. p. 240. 224. Dici nequit; *ich verwehe*  
*etwas*, sed: *es verwehet etwas*, i. e. dilabi-  
ter, abit in auras. Hinc patet verba: *ihre*  
*Klage* esse non posse *accusandi* sed *nominan-*  
*di* casum. Igitur: *und der Cypresse ver-*  
*wehet ihre Klage* non magis potest construi  
& intelligi, quam si quis dicat: *und dem*

Eich-

*Eichbaum zerstreuet sich die Klage.* — Sed locus levi medela potest sanari, posito in pro und: quo facto haec existit sententia: In der Cypressse am Grabe des Einen, verwehet ihre Klage; h. e. in cupresso juxta sepulchrum hujus (Homeri) posita, cum vento movetur, querela Manium illius, alterum lugentis & desiderantis, ita dissipatur, ut in Abbatia Westmonasteriensi, qua Miltonus sepultus est, nunquam exaudiatur.

## 4.

*Halleri Carmina, p. 158. Edit. X.*

Est in Halleri carmine lyrico, quod inscriptis: über die Ewigkeit, locus eximus, in quo de æstatibus, s. de periodis vitæ humanæ loquitur; sed si eum ita legimus, ut expensus typus exstat, non satis intelligi potest.

Zuerst

— — Zuerst war ich ein Kraut,  
 2 mir unbewußt, noch unreif zur Begier;  
 3 und lange war ich noch ein Thier,  
 4 da ich ein Mensch schon heissen sollte.  
 5 Die schöne Welt war nicht für mich  
     gebaut,  
 6 mein Ohr verschloß ein Fell, mein Aug'  
     ein Staar,  
 7 mein Denken stieg nur noch bis zum  
     Empfinden,  
 8 mein ganzes Kentnis war: Schmerz,  
     Hunger und die Binden.

In primis versibus duobus fermo est de  
 statu embryonis; in tertio & quarto de sta-  
 tu infantis recens nati; in quinto ergo &  
 sexto iterum de embryone dicere, præfertim  
 cum in duobus ultimis rursus de infante di-  
 ci videtur; scriptoris est confuse & inepte  
 rem exponentis. Quæ inconstantia & per-  
 turbatio ut e loco præclaro tollatur, ratio  
 transponendorum versuum ineunda est, ita  
 ut

*ut tertius quartusque post sextum demum  
collocentur; quod pluribus alio loco demon-  
strabimus. Quo facto talis sententiarum re-  
stituitur ordo;*

— — Zuerst war ich ein *Kraut*,  
mir unbewußt, noch unreif zur Begier;  
die schöne Welt war nicht für mich ge-  
baut:  
mein Ohr verschloß ein Fell, mein Aug'  
ein Staar.

*Und lange war ich noch ein Thier,  
da ich ein Mensch schon heissen sollte:  
mein Denken stieg nur noch bis zum  
Empfinden,  
mein ganzes Kentnis war Schmerz, Hun-  
ger und die Binden.*

AB 155562

ULB Halle  
005 301 36X


3



Sb.

8





B.I.G.

Farbkarte #13

Centimetres  
Inches

Annotationes plerumque criticæ  
in singula Auctorum Classicorum  
loca.

Sylloge I.

12. Cicerio. 2. Auctorum. 3. Cyprian. 4. He  
sensi Quodlibet. 5. Plautus. 6. Tertius. 7. Horat  
ius. 8. Ovidius. 9. Vergilius. 10. Catullus.  
Gessnerus et C. de Thologoepis.

Ut Examen discipulorum indicaret suorum

1795. 23. Mart. hora 9. antem.

habendum

scripsit

C. F. R. Vetterlein, Rector.

Cothenis  
impressit Schöndorf.